

Franckesche Stiftungen zu Halle

Nova Selecta.

Stuttgart, 16.11.1717

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-46328](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-46328)

NOVA SELECTA

14 470

158

STUTGAR-
Num. XLVII.
A. P. C. N.



DIANA,
d. 16. Nov.
clō lo ccxvii.



Vennæ die 5. Nov. Kiuperlio, quo duce quindecim millium Turcarum manus duomillia Cæsareanorum nuper cæcidit, tria millia eorum cepit, castrumque Zwormicense obsidione liberavit, a Turcis bellisumma tradita esse dicitur. Multi sunt, qui credunt, eos bellialeam futura ætate tertia vice jacturos, audito, occupatam esse ab Hispanis Sardiniam, multorumque clandestinis consiliis peti Cæsarem. Princeps Arembergensis, Generalis copiarum Præfectus, ex Hungaria redux noctu in platea laternas confringens multaque licentius agens, ab iis, qui per vicos ambulare & vigilias exercere solent, male acceptus damnum

fert cum pudore. Aug. Imperatoris nostri filia firma utitur valetudine; ejus autem Aug. conjux iterum gravida esse perhibetur. Quoniam Papa minas intenderat, se mutata ab hæreditario Saxonie Principe jam dudum Religionem palam facturum, si Rex Augustus rem eam diutius celaverit, Patris æque, quinuncio isto molestiam matri suæ creare nolebat, ac Filii, qui affirmatione receperat aviæ, nunquam se a Religione sua discessurum, animus suspensus tenebatur tantisper, dum Principis istius foeminae morte subsecuta, id, quod silentio antea involverant, in apicum proferre non dubitavere. Saxones iafensi sunt Generali castrorum Præfecto (Velt - Marechall) Flem-

Flemmingio quippe cui & de-
sertæ à Principe suo **Lutheranæ**
Religionis, & exorti in **Polonia**
belli civilis, & illati belli **Suecici**
Saxonibus tam funesti culpam
tribuunt. **Electo** **Trevirensis**
Silesiæ provinciam per alte-
rum triennium administrabit.

Parisiis die 2. Nov. Declara-
tione Regia die 2. Octobris e-
dita silentium impositum est
Præsulibus Constitutionem Ac-
ceptantibus, iique prohibiti sunt
severitatem adhibere in Mini-
stros Ecclesiæ, qui Constitutio-
nem vel repudiarunt, vel ad
Concilium appellarunt. Quod
si autem Acceptantes a Non-
Acceptantium vel Appellan-
tium communione sese sejun-
gere audebunt, quod quidem
Cardinalis Bissius minitatus est,
Procurator Regius bona illo-
rum e vestigio pignorabitur.
Supremus noster Senatus extra
ordinem Conventum habuit,
atque in eo non solum Decla-
rationem Regiam confirmavit,
sed & quatuor Scripta contra
illam vulgata suppressit, nem-
pe: Apologiam Curionum
Dioeceseos Parisiensis; Literas,
quæ defendunt Curiones istos
adversus Literas Pastorales Ar-
chiepiscopi Remensis; Literas

Baccalaurei cujusdam ad quen-
dam Doctorem de acceptanda
vel repudianda Constitutione
Unigenitus; & Reflexiones
in Literas Circulares Cardinalis
Bissii ad Episcopos Regni datas.
Ab amplioris Senatus Assessoribus
(du Grand Conseil) Epi-
scopo cuidam potestas auctori-
tasque data est, non expecta-
tis Papæ Diplomatis, inau-
gurandi Abbatissam, quæ for-
san erit Domina de Montpi-
geau. Die 22. Octobr. Cardi-
nalis Nobiliacensis diu cum Au-
relianensi Duce in colloquio
fuit, quod quidem singulis die-
bus Veneris fieri solet, ut ex-
cutiantur ea, quæ ad Consci-
entiæ, uti in Gallia vocant,
Consilium pertinent. Cæte-
rum res nostræ valde afflictæ
sunt, supra quam cuiquam cre-
dibile est: opificia & commer-
cia mirum quantum languent,
multisque incolarum exha-
ustis præter vitam nihil fere su-
perest. Interea, dum publi-
cis calamitatibus Regnum no-
strum conflictatur, ludis nihil-
ominus hic loci & voluptati-
bus aliis atque aliis subinde va-
catur; Singulis noctibus cho-
reæ celebrantur, ibidemque
ludi aperti frequentantur: &
labo-

laboraret sane fides eorum, qui inter festiva illa gaudia de rebus nostris exulceratis testimonium perhibent, nisi res ipsa unicuique satis superque sese aperiret. In Rege nostro eximius promicantis ingenii vigor apparet. Paucis abhinc diebus e Marchione de Livry primario rei suae Familiaris administratore (Maitre d'Hôtel) quæsit: quam ob causam ipsum ex aliquo tempore non viderit? Cumque hic, peregre se profectum fuisse responderet; Immo, Rex inquit, abiisti, Ducem cultu tuo profecturus; (Vous avez été faire vôtre Cour a Mr. le Duc) is enim tunc erat Chantillii: Tum Livreus: Ibi quidem fui, sed Domus tuæ negotiis fungens; (Ouy, Sire, j'y ay été, mais pour les affaires de vôtre Maison). Dux enim Burboniensis supremus Domus Regiæ Præfectus (Grand Maitre) est. Pax inter Sueciæ Regem & Imperatorem Moscoviæ ea conditione facta esse dicitur, ut Moscoviæ Imperator omnes provincias urbesque Suecicas bello partas, excepto Petropyrgo, Sueciæ Regi restituat.

E loco, quem Danubius al-

luit, die 22. Octobr. Postquam fama exiit, Principem filium Saxoniae Electoris hæreditarium sacris Evangelicorum nuncium misisse, & Pontificiæ Religioni sese addixisse, id quidem dici non potest, quantæ Pontificiis fuerit lætitiæ. Die Octobris decimo, qui Solis erat, dictus Princeps morum studiorumque suorum præfectum Lüzelburgium apparatus facere iussit, ut postero die in conclavi Principis, præsentibus omnibus, qui in comitatu ipsius essent, generosa stirpe procreatis, sive Evangelicam sive Pontificiam Religionem profiterentur, Nuncius Pontificis Missæ officio fungi queat. Lüzelburgius, cui imperatum fuerat, diligenter præceptum curavit, posteroque die hora decima matutina Missæ sacra peracta sunt, Principe, qui febris adhuc laborabat, in lecto cubante & religiose sacris istis vacante. Nuncium Pont. accedentem exceperunt, discedentem comitati sunt utriusque Religionis viri ex ordine equestri. Evangelici quidem, cum Nuncium istum more Pontificiis Sacerdotibus solenni amictum ex interiore conclavi prodeuntem con-

conspexissent ; nova re non
parum commoti sunt. Cæte-
rum Aulam Cæsaream jam an-
tea compertam habuisse fe-
runt. Principem illum jam pri-
dem Anno sc. 1712. die 25.
Julii Bononiæ coram Cardina-
le Legato, prælecta Confes-
sione a Jesuita Neapolitano Pa-
tre Salerno, Pontificiam Reli-
gionem professum fuisse, eam-
que rem non multo post An-

glia Galliaque Regibus inno-
tuisset, neque ipsos Polonicos
Saxonicosque Ministros hic lo-
ci præsentem latuisse.

Romæ die 1. Nov. Nuncius ad nos
allatus est, Liberatum de S. Laurentio,
Germanum, Michaellem Pic del Jerbo,
Papiensem, & Samuelem de Bicemo,
Mediolanensem, Franciscanos Refor-
matus, die 3. Martii 1716, in Æthiopia
martyrio vitam finisse. Accepimus eti-
am, Decretum Papæ die 19. Martii 1715.
editum ob cultus superstitionis, quos in
Chinensibus Jesuitæ toleraverant, ab
Imperatore Chinensium rejectum esse.

PRINCIPI EUGENIO,

Herculi Germanico Immortali, in Ejus reditu.
I Martis, Campique potens ! accingere, Victor !
Veste Triumphali Te sacer ambit honos.
Fulmine cum trifido quasi jacuere Gigantes,
Talis ovans Domitor constitit ante Jovem,
Mille Tibi surgunt arcus, Tibi mille Trophæa,
Mille Tibi currus Dacica signa vehunt.
Vallarem & Muralem Rostratæque coronam
Servia grata sacrat, Mœsia læta dicat.
Par animo fortuna Tuo, fiducia cœpto,
Bellanova elegit : versaque Porta ruit.
Terque Tuum fugiens Sultanus inhorruit ensẽm,
Terque lacerato fulmine procubuit.
Namque, iram contra, Christum in Tua castra vocasti
Cristatusque caput, flammeus igne, mora
Bis nive, bis sub nube truces ulcisceris hostes ;
Quos teris, ut rupes conterit ira Jovis.
Castra locare fuit Pyrrhi, Fabique morari,
Marcellique fuit conseruisse manus.
Vallum, castra, urbemque mora & certamine dextro
Vicisti, atque Trium quod fuit, unus habes.
Festinare nocet, nocet & cunctatio sæpe :
Tempore quæque suo qui facit, ille sapit.
Heroum sublime Decus ! fac otia Musis,
Fecerat Andino qualia Tuscus Eques.
Confice, namque soles, rursus sudantia bella ;
Et geminalauro tempora victa geres.
Claudantur belli Portæ compagibus artibus ;
Ister pacatis lenior ibit aquis.

J. C. Newen, Colon. Cæs. Aul. Poët. Laur.

M. J. F. D.